



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

31. De honore ecclesiastico.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De Ecclesiis vel altaribus ambiguis, & ut
superflua altaria de Ecclesia abiciantur.

Cap. L X V.

X X X. Ecclesiæ vel altaria quæ ambigua
sunt de consecratione consecrentur, & super-
flua altaria destruantur de Ecclesia.

Lib. 1. Capi-
tular. c. 151.
Burchard. lib.
3. c. 10.

De honore ecclesiastico. Cap. C X I I I.

X X X I. Ut Episcopi prævideant quem
honorem Presbyteri pro Ecclesiis suis senio-
ribus tribuant.

Lib. 1. Capi-
tular. c. 148.

Quòd omnium Ecclesiarum dotes ad Epif-
copum pertineant. *Ex Concilio Tole-
tano capit. XIX.*

X X X I I. Multi contra canonum consti-
tuta sic Ecclesias quas ædificaverunt postulant
consecrari, ut dotem quam Ecclesiæ contule-
runt, ad Episcopi ordinationem non pertinere
censeant, quod factum & in præteritum dis-
plicet, & in futuro prohibetur; sed omnia se-
cundùm consuetudinem antiquam ad Episco-
pi ordinationem & potestatem pertineant.

Concil. Tolet.
3. c. 19.
Lib. 7. Capi-
tular. c. 213.
Burchard. lib.
3. c. 20.

Vide lib. 6.
Capitular.
c. 69.

Unde Ecclesiæ debeant restaurari & Epif-
copo obsequium exhiberi. *Ex epistola
Gelasij Papa.*

X X X I I I. Quatuor autem tam de reditu
quàm de oblatione fidelium, prout cujuslibet
Ecclesiæ facultas admittit, sicut dudum ratio-
nabiliter est decretum, convenit fieri portio-
nes: quarum una sit Pontificis, altera Cleri-
corum, pauperum tertia, quarta fabricis ap-

Decreta Ge-
lasij. c. 27.
Lib. 7. Capi-
tular. c. 290.
Riculf. c. 11.
Burchard. lib.
3. c. 137.